

(36. Conservatores Regularium cognoscere possunt de injuriis factis servis, familiaribus, Syndicis, et Procuratoribus ipsorum, in quantum talibus reduplicative; ut colligitur ex variis Constitutionibus Pontificiis pro concessione Conservatorum Regularium editis, et signanter ex Constitut. S. Pii V, incip. *Ad hoc nos Deus*, in qua concessit Conservatoribus a Dominicanis electis, ut possint procedere « adversus inferentes eis, aut eorum Procuratoribus, agentibus servitoribus, et familiaribus in præmissis, et eorumdem aliquo molestias, injurias, gravamina, » etc., quæ concessio si intelligatur de injuriis, ac violentiis manifestis, non videtur sublata per d. Gregorianam incip. *Sanctissimus*; non enim adduci potest Clausula aliqua d. Gregorianæ derogatoria Piani privilegii, ut eam legenti patet; Item ex constitutione Clementis VII, incip. *Dum consideramus*, pro Minoribus de Observantia edita, ubi sic præcise statuit: « Ut in quibusvis causis, et rebus ipsos Syndicum et Procuratores concernentibus, civilibus, criminalibus, et mixtis, non nisi eorum iudicibus Conservatoribus Domorum illarum, quarum ipse Syndicus, et Procurator fuerit, de justitia respondere teneatur. » Quæ constitutio Clement. VII, quantum ad Syndicos, et Procuratores, una cum variis S. C. C. decretis fuit confirmata ab Innoc. XI, 19 Junii 1686, Constitut. incip. *Alias pro parte*. Et sic tenent Passerin., in cap. *Hac Constitutione* 13, de offic. delegat. in 6, num. 177. Roderic. tom. 1, q. 63, art. 17 et tom. 3, q. 39, art. 4. Portell., in verb. *Syndicus*, num. 5. Casarub., in compend. privileg. verb. *Procuratores Fratrum*, n. 13. Lezana, p. 2, cap. 10, a n. 65. Anton. a Spiritu Sancto in direct. Regul. tom. 1, disp. 1, sect. 4, n. 219. Villalobos, part. 2, tract. 35, diff. 6, n. 9. Nidus, loc. cit., cap. 5, part. 4, n. 1 et 10, et alii passim. (37. Et hujusmodi privilegia respectu injuriarum, quæ fiunt servis, familiaribus, Syndicis et Procuratoribus, in quantum talibus reduplicative, certum est non esse abrogata, quia non continent nisi id, quod est de jure communi decernente, quod injuria facta servo, familiari, aut cuique in principalem redundet; qua de causa Conservator Ecclesiæ cognoscere potest, cum injuria servis Ecclesiarum illata, Ecclesiis ipsis irrogetur; c. *Ecclesiarum Servos* 69, caus. 12, quæst. 2, cap. *Nullus Judicium* 2, de foro compet. quod est generaliter verum, quotiescumque causa injuriæ servi dominum respicit; Nidus, l. c. num. 11. Passerin., l. c. n. 173, et apud ipsum Farinac. p. 3, prax. q. 103, inspect. 6, et alii.

CONSTITUTIO *Unigenitus*.

SUMMARIUM.

1. Constitutioni *Unigenitus* publice refragantibus veluti publicis peccatoribus Viaticum denegatur. — 2. Quinam publici refractarii tenendi. — 3. 4. In re dubia quam regulam sequi debeant Sacramentorum Ministri. — 5. Quibus causis edita Constitutio hæc fuerit, quantaque maturitate excusæ propositiones

(1. Constitutio *Unigenitus* tantam sibi vindicat auctoritatem, et obsequium, ut

(38. Regulares quicumque in casu, quo Episcopus præcipiat decreta aliqua Concilii Tridentini ab ipsis observari, non possunt eligere Conservatores sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia. Sic expresse censuit Sacra particularis Congregatio deputata ad primum dubium conceptum his verbis: Primo, an in casu quo Episcopus præcipiat Decreta aliqua Concilii Tridentini a Regularibus observari, et executioni demandari, Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu, sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores? « Congregatio respondit, si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Soc. Jesu, ut Decreta aliqua Conc. Tridentini observent, ac exsequantur, illis casibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas, Regulares exempti subiciuntur jurisdictioni Episcopi, minime licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere. » Nec Regulares possunt Conservatores Judices assignare, quando Ordinarius procedit juris ordine servato adversus Regulares in casibus, in quibus per Concilium, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subiciuntur, ut in terminis censuit dicta deputata particularis Congregatio in responsione ad secundum dubium conceptum ut sequitur: Secundo, (39. An quando Ordinarius procedit juris ordine servato adversus Regulares prædictos in casibus in quibus per Concilium, vel Constitutiones Apostolicas ipsi subiciuntur, possint Conservatores Judices assignare? Respondit, *ut ad proximum, non posse*. Quod utrumcumque decretum fuit confirmatum cum variis aliis ab Innoc. X, 14 Maii ejusdem anni 1648. Constit. incip. *Cum sicut accepimus*. (40. Conservatores, quando sunt Presbyteri sæculares tam in civilibus, quam in criminalibus, seu mixtis subiciuntur loci Ordinario, ut absolute respondit Sacra Congregat. Concil., in Faventina, 17 Decemb. 1667, ad quartum, apud Cardinal. de Luca, de jurisdictione disc. 4, num. 2.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(41. De Conservatoribus anno 1743. integrum tractatum edidit P. Petrus Maria Forti Societatis Jesu. « At non multum (inquit S. M. Benedictus XIV. de Synod. Diocesan. lib. 4, c. 6, n. 4.) huic Auctori fidentum est, quoniam multis in locis, sed præsertim artic. 21 Judicium Conservatorum jurisdictionem ultra limites protendit a Sacris Urbis Congregationibus eisdem præscriptis.»

in ea damnatæ. — 6. Calumnia de sententiis SS. Augustini, et Thomæ in Constitutione *Unigenitus* damnatis a Clemente XI, et aliis Pontificibus, explosa. — 7. Decretum Concilii Provincialis Romani anno 1725, celebrati de observantia istius Constitutionis. — 8. Præcipue Constitutiones a Clemente XI, et Successoribus occasione Constitutionis *Unigenitus* editæ.

eidem publice refragantibus, veluti notoriis, ac publicis peccatoribus denegandum sit

Sanctissimum Viaticum, (1) Bened. XIV. Constitut. incip. *Ex omnibus* § 3. (2. Publici autem, atque notorii sunt refractarii, in casu, de quo agitur, quicumque per sententiam a Judice competente prolatam, rei declarati sunt, eo nomine, quod debitam prædictæ Constitutioni *Unigenitus* venerationem, obsequium, et obedientiam contumaciter denegaverint: Quicumque etiam hujusmodi contumaciæ reos se in judicio confessi sunt; ac præterea illi, qui quamvis nec a Judice condemnati, neque reatum suum in judicio confessi fuerint, nihilominus, vel eo tempore, quo sacrum ipsum Viaticum suscipiunt, propriam inobedientiam, et contumaciam adversus Constitutionem *Unigenitus* sponte profitentur; vel in antea vitæ recursu aliquid evidenter commisisse noscuntur, manifeste oppositum venerationi, obsequio, et obedientiæ, eidem Constitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perseverare, quod ita vulgo cognitum est, ut publicum scandalum inde exortum, non adhuc cessaverit. Sunt verba præcisa dictæ Constitutionis sub § 4.

(3. In re autem dubia, quam regulam sequi debeant Sacramentorum Ministri, tradit Pontifex ibid. § 8 et 9. his verbis. Hoc itaque primum advertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum antea ad sacram mensam accederet, Paschali præsertim tempore, a loci illius Parocho, ubi degebat, Eucharistica Communio administrata fuerit; si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, argumento id erit, aut hominem illum ab omni labe immunem, aut saltem non vere notorium peccatorem reputatum fuisse; indeque sequitur, Sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publice postulanti denegari non posse; nisi forte, postquam olim ad Eucharisticam mensam admissus fuit, et ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commississe noscatur, quo publici, et notorii peccatoris notam, juxta præmissa, contraxerit.

(4. Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, cui insistere valeant, aliunde vero validæ adversus ægrotum præsumptiones, et indicia graviora, et urgentia militent, ob quæ abortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeant; in his rerum circumstantiis, oportet eos, remotis arbitris, ægrotum alloqui, eique cum omni lenitate, et mansuetudine, non tamquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ et qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem; rogantes eum, et obsecrantes, ut respiciat, in eo saltem temporis articulo, a quo æterna ipsius salutis sors pendet; eidem præterea demonstrantes, quod quamvis ipsi parati sint Sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, non ideo tamen tutus

(1) Hæc Constitutio, cujus initium *Unigenitus Dei Filius* a Clemente XI fuit edita mense Septembris 1713. In ea Paschalis Quesnellii Presbyteri Oratorii cætera et una propositiones damnantur; quas in sua Novo Testamento Gallico idigne verso, et mo-

ipse erit ante tribunal Christi, sed potius novi, et horrendi criminis reum se conficiat, ex quo iudicium sibi manducavit, et bibit: Cæterum se non alia de causa Sacramentorum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi, ut Ecclesiæ jubenti obtemperent, quæ præter eam, quam habet, curam, ut scandala publica antevertat, pro sua etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præcavere studet, licet peccatorem in conspectu Domini reputet, non tamen in proprio Tribunali publicum, atque notorium peccatorem agnoscat. Hæc ille § 8 et 9. citatæ Constitutionis merito integraliter perlegendæ, et observandæ.

ADDITIONES EX EDITIONE BARBIELLINIANA

(5. Quæ causæ Clementem XI. ad istam Constitutionem, quam legere poteris verb. *Propositiones damnatæ* num. 34. edendam impulerint, quantaque maturitate propositiones in ea damnatæ excusæ fuerint, narrat accuratissimus Petrus Polidorius de vita et rebus gestis Clementis XI. lib. 4, num. 36. scribens: « Præterito cadente sæculo Lutiæ Parisiorum opus gallico sermone scriptum, variisque diffusum voluminibus vulgatum fuerat, morum doctrinam e sacris novi Testamenti libris variis animadversionibus, et scholiis exponens: quod alibi nativo descripto titulo meminimus, nullum id præsignabat Auctoris nomen, audiebat tamen, eratque (ut in superiori libro obiter notatum) Paschalis Quesnellii qui in Parisiensi natus Diocesi Presbyterorum cætui Oratorii Domini Jesu constituto a Petro Bercello, postea Cardinale, nomen dedit, Ingenium intemperans opinandi confidentia fovens, vel primis literariis in vulgus emissis fœtibus, triste futuri præsigium expressit. Damnata ab Ecclesia Jansenianæ doctrinæ addictus, eam vafre, ac quo potuit modo lectoribus obrusit, dilatavit etiam provexitque. Hinc gravis illa, qua in Galliis, et Belgio apud Orthodoxos premebatur invidia, miserum in modum designato nuper opere gallico in remotis quoque Christiani Orbis regionibus aucta. Magna profecto admiratio Clementem subivit, et admirationi non impar successit dolor, tot tantosque errores uno nec admodum grandi libro coacervatos esse, atque fallaci prorsus arte non ad Ecclesiæ solum, sed et ad civilis reipublicæ perniciem accommodari: inspirato, scilicet sensim Christianis populis sub speciosa virtutis larva tam sacræ, quam profanæ potestatis odio, atque contemptu. Quod ipse gravi ad Ludovicum Gallorum Regem data epistola, totidem fere verbis est questus perpetuis dignum tenebris opus præstigiis doctrinis improbis passim permiscens jam tum damnaverat Pontifex. Quoniam vero non deerant in Galliis, qui velut nullo fœdatum errore commendabant aliis,

ralibus animadversionibus adnotato, disseminaverat. Propositiones damnatæ ad quinque vel sex errorum capita reducuntur jam contra Bajum et Janseniana Pontificum auctoritate damnatæ. (Edit. Casin.)

legendumque importune obtrudebant, latens virus sparsuri facilius, novissime latinum reddiderunt. Tam pravis multiplicatis falsæ doctrinæ præsidis ingens Christiano populo inferri detrimentum viri Orthodoxæ fidei studiosi dolebant, præsertim vero Galliarum Episcopi, et Rex Ludovicus frequentibus Clementem sollicitatus literis, ut gliscenti malo validiori remedio occurreret, ne contemptum in deteriora prolaberetur. Pontifex in rem Catholicam futurum censens fallacis operis venena detegere, ac velut exerto indicata digito palam facere, quo facilius vitarentur; singillatim errores proscribere, ac præcipua Constitutione damnare statuit. Salutare propositum sæpe expetitur a Gallis Episcopis, pro rei magnitudine, et gravitate maturandum ratus, operi utilissimo impertit animum. Spectata morum integritate, eruditione, doctrina, divinarum rerum peritia, et ab omni partium habitu consessus, diutissime singuli referentes, ac disserentes auditi. Aliis insuper alii adjecti, quorum exacta, constanti, ac etiam benigniore delati voluminis censura, tantum religiosissime veritati tributum, quantum ipsemet auctor in pari, sed aliena causa, vix tribuisset, si integerrimi iudicii delectus esset assessor. Propositionum, quibus dica fuerat scripta, certior ante sententiam non est factus Paschasius, ut optabat, poscebatque, ne constans mos Ecclesiæ mutaretur, quæ ubi de vulgatis damnandis voluminibus, atque doctrinis agitur, in iudicii partes auctores ipsos vocare minime consuevit; vocasset autem ubi noxa fuisset irroganda personæ. Post diligentissimam ergo integro biennio continuatam assertorum excussionem: tribus etiam atque viginti præcipuis hoc anno institutis Cardinalium ac doctissimorum Theologorum consensibus, quibus ipsemet Pontifex Maximus præfuit, in iisque libris perniciem cura longe exactissima investigavit, censoria in eundem iudicia audivit, expenditque: sexto idus Septembris centum, atque unam sententias ex notatis libris excerptas damnavit; proscriptorum voluminum lectionem iterum vetuit: editamque sanctionem, cujus exordium *Unigenitus Dei Filius* pro suprema, quam obibat in Ecclesia potestate, in orbe Catholico servari iussit.

(6. Cum autem Quesnellianæ sanctionis patroni, ut errores suos obtegerent, atque imperitos circumvenirent, et ad partes suas adducerent, in hac Constitutione tutissima SS. Augustini, ac Thomæ Aquinatis Dogmata proscribi, per summam calumniam vulgarent; ac Theologi nonnulli, ut invidiam crearent sententiis, quas Theologicæ Academicæ ducibus laudatis SS. Doctoribus tuebantur, eadem abuterentur, Clemens XI. Constitutione *Pastoralis officii*, quæ est CCLIX. inter ejus Constitutiones Bullarii Romani, Edit. Rom. anno 1736. curatæ edita die 28. Augusti anno 1718. refractariorum temeritatem, ac Theologorum illorum licentiam compressit. Qua de re Polidorius lib. cit. num. 37. « E tot confixi Quesnelli pronun-

tiatis, nonnulla, quæ ad divinam gratiam pertinent, notissimo Jansenii sensu proscripsit, qui Dei gratiam *necessitatem*, ut Theologi in scholis vocant, invexit. Integra, ac prorsus illæsa permanente doctrina de Divina Gratia *se ipsa efficaci*, et ad Beatorum gloriam *prædestinatione gratuita*, quam a damnatis nuper erroribus immani tutam discrimine, potissimum schola Thomistica, aliæque celeberrimæ in orbe Catholico Academicæ, frequentesque Theologi, ducibus Sanctis Augustino, et Angelico doctore, propugnant. Quorum doctrinæ erroris notam hujusmodi ab se inustam constitutione Quesnellianæ studentes causæ per summam injuriam calumniatos esse Clemens celeberrimis literis ordinentibus *Pastoralis Officii*, quas ad universos Christi fideles Kalendis Septembris duodevigesimo hujus sæculi anno scripsit, merito questus est; falsamque criminationem depulit. Neque defuerunt qui, tametsi Quesnellianis, ut Catholicos decebat homines, essent adversi, et Clementinæ Sanctioni obsequerentur, licentia nihilominus pari illustres utriusque sanctissimi doctoris Scholas criminabantur: sua alia de causa interesse rati, id calumniæ genus vulgo alere. At horum hoc item pontificium diploma tempestive compressit audaciam. » Vide testimonium ex eadem Constit. relatum in Appendice 1. ad Verb. *Gratia ut est donum Dei* n. 28. Confer Benedicti XIII. Clementis XII. et Benedicti XIV. testimonia in eadem producta n. eodem et seq.

(7. In Concilio Provinciali Romana, Præsidente Benedicto XIII, in Sacrosancta Basilica Lateranensi celebrato anno 1725, tit. 1, cap. 2. Constitutionis istius observantia Episcopis commendata fuit his verbis: « Cum ad fidei Catholicæ professionem integre, inviolateque retinendam, et custodiendam necessarium summopere sit, ut succrescentes per hæc recentia tempora circa eandem fidem errores, a Sede Apostolica damnatos, fideles omnes vigilantis studio præcaveant, et abominentur; idecirco ab omnibus Episcopis, et animarum Pastoribus tota, ut hactenus, sollicitudine curandum est, ut Constitutio a san. mem. Clemente XI. edita, quæ incipit *Unigenitus* quamque, nostræ uti ejusdem fidei Regulam, agnoscimus, ab omnibus cujuscumque conditionis, et gradus omnimodo ac debita obedientia, et executione observetur. Si quem itaque cognoverint (sive Diocesanus, sive Provincialis sit, sive exterus) in suis Diocesis permanentem, de Constitutione prædicta non bene sentire, aut male loqui, in eum pro sua Pastoralis potestate, et jurisdictione procedere, et animadvertere non negligant; et ubi remedii efficacioris opus esse senserint, ad Sedem Apostolicam pervicaces tales, et Ecclesiæ rebelles, deferant. Invigilent etiam, libros contra ipsam Constitutionem editos, aut falsas doctrinas, in illa damnatas, propugnantes, diligenter perquirere, eosque sibi tradi mandent, Nobis inde, et Apostolicæ Sedi denunciandos. »

Hoc decretum avertit Eminentissimus De

Tenem Ebredunensis primum, deinde Lugdunensis Archiepiscopus in *Instructione Pastoralis, dans laquelle il est prouvé que la Constitution Unigenitus est un Jugement Dogmatique et irréfutable de l'Eglise, et une règle de croyance* anno 1731, publicata pag. 8, cujus insignem locum hic describere juvat. Sic autem habet: « Un grand nombre d'Evêques d'Italie ont donné chacun en particulier des déclarations authentiques. Mais rien de plus éclatant que le Décret du fameux Concile Romain, où tous ces Evêques réunis ont reconnu la Bulle *Unigenitus* comme une règle de leur croyance; *quamque nostræ uti ejusdem fidei regulam agnoscimus*. Un Auteur anonyme a osé douter que cette clause avait été insérée dans les Actes du Concile par fraude, et sans aucune autorité. Il avance ce fait et ne le prouve point. A qui persuadera-t-on que le Pape, sous les yeux duquel les Actes du Concile ont paru, que les Cardinaux et tous les Evêques du Concile, eussent gardé le silence, et ne se fussent pas élevés contre une entreprise si audacieuse, et si digne de châtement? En faut-il davantage pour faire tomber dans le mépris qu'elle mérite, la vaine allégation d'un homme qui d'ailleurs manifesta lui-même son imposture par le soin qu'il prend de cacher son nom, dans des circonstances où il n'y eut certainement aucun danger de se faire connaître, supposé que le Pape, les Cardinaux et les Evêques du Concile n'eussent pas approuvé la clause dont il est question? Mais Dieu a permis que nous ayons en main de quoi fermer la bouche à ceux qui ne parlent qu'iniquité. C'est une Lettre à nous adressée, écrite de la propre main du saint Pontife qui a présidé à ce Concile, dans laquelle il s'explique sur les bruits qui avaient couru par rapport à ce Décret du Concile Romain: *venant ensuite, dit-il, à la Seconde Partie de notre lettre qui concerne les bruits qui ont couru sur le Décret de notre dernier Concile Romain, vous et les autres personnes prudentes, ne devez pas ajouter foi à ceux qui faussement écrivent d'ici ce qu'ils ont cru ou voulu que l'on crût du chapitre 2, du titre premier, l'Imprimé est entièrement conforme à la vérité, et le Décret tel qu'on l'y voit, a été souscrit par nous et par tous les Pères. C'est pourquoi nous avons lieu d'être étonné qu'à Paris, où vous êtes, on mette en dispute un Décret aussi authentique et aussi canonique.* » Ac verba quidem Epistolæ a Benedicto XIII, propria manu ad Archiepiscopum Ebredunensem Italice scriptæ hæc sunt, ut in not. pag. cit. referuntur. « Passando alla seconda Parte della medesima Lettera di V. S. circa al susurro del Decreto del nostro Sinodo ultimo Romano, ella ed i prudenti non debbono prestar fede a coloro che di qua falsamente scrivono ciò che hanno o creduto, o voluto che si creda del cap. 2, del tit. primo; la verità è quella che sta ivi impressa, e sottoscritta da noi e da tutti i Padri. Onde ci maravigliamo, che da costà si metta in controversia una sì palea e canonica Sanzione.

Quo sensu autem verissime Constitutio *Unigenitus* Regula Fidei et dicatur et sit, declarat Sebastianus Pompilius Bonaventura Episcopus Montis Flasconis, et Corneti in Epistola Pastoralis, cujus titulus est: *Istruzioni Pastorali di Monsignor Sebastiano Pompilio Bonaventura Vescovo di Montefiascone e Corneto Edit. Romanæ* anno 1732, pag. 17, et seq. ubi scribit: « Oggimai Iddio si è apertamente spiegato per bocca de'suoi Vicarij, i quali in una loro ultima insigne Costituzione hanno parlato con forme degne dell'augusto loro Ministero, ed han parlato di maniera, che non men chiaro, eben' inteso è il senso delle loro voci, che infallibile, ed incontrastabile è la forza de'loro divini Oracoli. Se ciò ch'è Legge, e Regola, da ciò, ch'è Decreto Provisionale in questo si scovra, e distingue, che questo mutabile, e dato a tempo, spirra e finisce; ove quella certa, fissa, ed immutabile durar deve inviolabile, e sacrosanta; convien esser di gusto molto schivo, e temerariamente delicato, se spiace, che diasi nome di Regola di Fede ad una Costituzione, cui non manca questo carattere. E vero, che non tutt'i Punti ivi definiti appartengono a Fede; ma è altresì vero, che quanto ivi è definito, è definito coll'infalibile direzione dello Spirito Santo, e tutto mira a condannar cose, che nella nostra Religione è errore di tenere, o di praticare. E benchè in quel gruppo di cose non tutt'i Punti appartengono a Fede; si appartiene nondimeno a Fede il credere, ch'è vero, è santo, è legittimo quanto ivi, o in dottrina di fede, o in materia di costume; o in uso di disciplina si definisce, e si comanda. Ad una Costituzione dunque esaminata con tanto studio, ricercata con tante istanze, altro non si puote aggiungere, se non che un'intera sommissione, una perfetta, e semplice ubbidienza. Il giudizio è finito: ed ove il giudizio è finito, non è buono, nè dicevole tornare da capo agli esami: particolarmente ove si cerca di spiegazioni, non per iscoprire la verità, ma per iscarsare il giudizio. »

Nec vero prætermittenda sunt, quæ pag. 18. et seqq. subdit, cum digna sint, ut nostra quoque ætate attente legantur, qua tot nefaria Opuscula ad Constitutionem istam, si fieri posset, labefactandam a perditis quibusdam hominibus disseminari videmus. Sic igitur pergit: « Colla lingua conviene, che si accordi il cuore, perchè col cuore si crede a giustizia. Vanamente dunque si lusingano coloro, i quali credono, che la Chiesa voglia starsene ad un silenzio piuttosto forzoso, che ossequioso, ove non si appaga neppure delle sole parole. Il bello, e il buono di nostra Religione signorile, diletta Figlia dell'Altissimo tutto è al di dentro: e le Leggi del Vangelo prima d'ogni altro pongono in strettezza la mente, e vogliono, che il cuore, e la Religione umili, e docili si sottopongano di buon grado alla Fede. Per conoscere di qual sorte esser debba l'ubbidienza, e'l vassallaggio, basta di considerare di qual sorta sia il comando, e la Signoria. Quelli medesimi, che sono men favorevoli a' diritti di Roma, e

nel Sovrano nostro Sacerdozio sono indifferenti di quanto dice Regno, e Grandezza, non sanno negarle nè una Primanzia di Capo, nè un Regno di Spirito, che comandi nell'interiore, e sopra le Anime abbia giurisdizione, ed impero. Per quanto restringer si sforzino l'alta potestà delle Chiavi a Pietro consegnate, negar non sanno, portar ella almeno una pienezza di spirituale potere in legare, e sciorre le Coscienze, tanto che legate elle, o sciolte sieno in Cielo, secondo che sciolte, o legate sono qui in Terra. Or se il potere, e la forza corrisponde al carattere, ed alla qualità dell'Impero; non v'ha certamente Impero, cui convenga ubbidire non tanto per timore, quanto di coscienza, giacchè sulle coscienze egli ha forza ed autorità. E obbligazione dunque di coscienza il credere alle Apostoliche definizioni; e se nella Congregazione di quegli Uomini, che compongono la Chiesa, il Sommo Pontefice tiene luogo di Capo, il quale tutte le membra regge, e sostiene, chi non sa, che niuno delle suddite membra repugna al suo Capo? Tutte come dal capo ricevano vita, e moto, così pronte, spedite, e di buon grado gli prestano ubbidienza. Con veraci, fedeli, intimi sentimenti dell'animo conviene arrendersi alle definizioni de' Sommi Pontifici: e la Chiesa, la quale niente più ama, che la schiettezza, e la semplicità, nulla più odia in materia di Religione, che l'ipocrisia, e la finzione; non fiderassi giammai di certe serpi, che se, dove il rigore le assale del Verno, celano il veleno, non è però, che lo perdono. Grazie al Signore, Noi siamo lontani da questo impaccio, e con un Padre di Calcedonia dir possiamo, che di certe cose Noi, ed i nostri Popoli nulla sappiamo, o di saperne nè molto nè poco ci cale. Basta a Noi per caminare sicuri, et senza pericolo di sviarci, seguir la scorta di chi ci è stato dato dal Cielo per duce, et Guida di nostra condotta: et quando stiamo più vicini alla Pietra, su cui posa la Chiesa, tanto più stare ad essa con prontezza di animo, e con fermezza di spirito stretti, ed uniti: Non avendo poi

SUMMARIUM.

1. Consuetudo dicitur a verbo *Consuesco*, sive *Consuefacio*. — 2. Consuetudo est duplex, una facti, et altera Juris, et quæ sit utraque; usque ad num. 3. — 4. Consuetudo Juris est quasi altera Lex parem obligandi obtinens potestatem. — 5. Consuetudo generatim capta dividitur tripliciter, scilicet in consuetudinem præter Legem, secundum Legem, et contra Legem. — 6. Consuetudo præter Legem quæ sit. — 7. Ad hoc, ut hæc consuetudo obliget, requiritur, quod sit introducta a toto populo, aut majori, et saniori ejus parte cum animo saltem interpretativo se obligandi. — 8. Hinc consuetudines, quæ ex devotione populi proficiuntur, non obligant, nec vim Legis habent. — 9. Insuper ad hoc, ut consuetudo præter Legem obliget, requiritur præscriptio, ad quam exposcitur, et sufficit decennium, sive sit consuetudo civilis, sive Canonica, etiamsi Princeps sit absens. — 10. Consuetudo secundum Legem quæ sit. — 11. Consuetudo contra Legem quæ sit. — 12. Hæc consuetudo non potest introduci, nec dari con-

Noi altre Scuole per la scienza di Religione, che quelle, le quali sono aperte nel Seminario, abbiamo la consolazione di esser ben sicuri, che in tutte le parti di questa scienza, cioè e nei Misterj della Fede, nella Dottrina de' costumi, e nella Disciplina della Chiesa si tengono le sentenze le più comuni, e sicure, e le pratiche più usate, e più ricevute, fuggendo quelle novità, e singolarità d'opinioni, che furono sempre pericolose in queste materie. Buonamente sentiamo di Voi, e sicuri ne viviamo, e senza sospetto; ma non pertanto lice a Noi in questa parte mancare di cura, e di pensiero. Vuole il Sagro Concilio, che per ragione di nostro ufficio siamo vigilantissimi, ed abbiamo occhio che a veruno di dubbia fede venga fatto il nascondersi nelle nostre Diocesi, e che voi parimente siate colmi di santo zelo di Religione. Laonde se mai vi accorgete, e scopriste, che alcuno siasi Estero, siasi Diocesano, osasse con prosuntuoso ed empio ardimiento d'impugnare le definizioni di così santa Costituzione, e con sciolta, e sacrilega lingua si facesse lecito di sparlare; sappiate che vi corre stretta obbligazione di palesarli a Noi. Come parimente consegnarci, o denunziarci que' Libri, che in vostre mani, o a vostra notizia capitassero, ne quali in queste, o in altre materie si contenessero nocevoli, o pericolose dottrine, acciò con ogni più pronto, e sollecito studio possiamo riparare al male, e riferirlo ancora alla Sede Apostolica, ove lo portasse il bisogno di più forte, e potente rimedio. »

(8. Præcipuas a Clemente XI. Benedicto XIII. et Benedicto XIV. Constitutiones occasione Constitutionis *Unigenitus* editas recenset, eorumque epitomen dat Aloysius Guerra, in Opere, quod inscribitur « Pontificiarum Constitutionum in Bullariis Magno, et Romano contentarum et aliunde desumptarum Epitome tit. XX. de hæresibus, libris, propositionibus damnatis Tom. 1. pag. 143 seqq. » Ex his illa Benedicti XIV. quæ incipit. *Ex omnibus Christiani Orbis* legitur infra Verb. *Viaticum* num. 13.

CONSUEUDO.

tra Jus Divinum, et naturale, ad n. 13. — 14. Potest tamen tolli, et penitus abrogari Lex humana positiva, sive Civilis, sive Canonica per contrariam consuetudinem, dummodo ea sit rationabilis, ac legitime præscripta. — 15. Ut consuetudo contraria Legem humanam positivam tollat, et abroget, requiruntur potissimum duæ conditiones, videlicet, quod talis consuetudo sit rationabilis, et sit legitime præscripta. — 16. Quæ consuetudo dicatur rationabilis. — 17. Adducitur, et solvitur instantia, usque ad n. 18. — 19. Consuetudo, quando dicatur legitime præscripta. — 20. Tempus requisitum, et sufficiens, ut consuetudo censeatur legitime præscripta pro abolenda, et abroganda Lege civili est decennium; Pro abolenda tamen, et abroganda Lege Canonica est spatium quadraginta annorum, ad n. 22. — 23. Probabile tamen est, quod etiam pro abolenda, et abroganda Lege Canonica sufficiat decennium, sicuti pro abroganda Lege civili, usque ad num. 25. — 26. Pro abolenda, et abroganda Lege, sive Civili, sive Canonica per contrariam consuetudinem via conniventis introductam probabilius est non requiri rigo-

rosam, et determinatum tempus præscriptionis. — 27. Consuetudo contra Legem duplici modo potest introduci, scilicet per viam conniventis, et per viam præscriptionis, ad n. 28. — 29. Ad abrogandam Legem per consuetudinem via conniventis introductam non requiritur bona fides. — 30. Ad abrogandam tamen Legem per consuetudinem via præscriptionis introductam non requiritur bona fides. — 31. Licet primi Legem transgredientes non possint ob suam malam fidem præscriptionem, ipsamque consuetudinem inchoare; posteri tamen eorum exempla bona fide sequentes possunt præscriptionem, ipsamque consuetudinem inchoare. — 32. Consuetudo a Lege reprobata, et damnata tamquam irrationabilis, et bonis moribus repugnans non potest, licet sit immemorabilis, abrogare Legem. — 33. Consuetudo a Lege, seu Constitutione reprobata tamquam irrationabilis, et iniqua, intelligitur nedum de consuetudine præsentis, seu existente, sed etiam de futura. — 34. Si vero non superveniat causa tollens irrationabilitatem, et iniquitatem, quæ ab initio inesse videbatur consuetudini, tunc potest induci valida consuetudo adversus eam Legem non obstante tali reprobatione.

(1. Consuetudo, quæ ex etymone nominis dicitur a verbo *consuesco*, sive *consuefacio*, id est simul, ac sæpius facio, quia videlicet, non inducitur nisi a majori parte Communitatis simul, ac sæpius actum frequentantis, est duplex, una facti, et altera Juris. (2. Consuetudo facti, quæ est via ad consuetudinem Juris, est ipsemet communiter repetitus usus, seu frequentatio actuum alicujus populi, seu communitatis sine obligatione, et ista secundum Isidorum lib. 5. etymol. art. 3. relatum in cap. *Consuetudo* 5. dist. 1. *Vocata est consuetudo, quia in communi usu est.* (3. Consuetudo Juris nihil aliud est, quam Jus moribus constitutum, id est Jus quod ex hujusmodi communiter repetito usu, et frequentatione actuum alicujus populi, seu communitatis oritur, unde definitur ab eodem Isidoro relato in d. c. *Consuetudo* 5. dist. 1. quod sit « Jus quoddam moribus institutum, quod pro Lege suscipitur cum deficit lex. » (4. Et hæc consuetudo Juris cum tendat ad novi Juris introductionem, est quasi altera Lex parem obligandi obtinens potestatem, uti habetur in l. *De quibus* 32. ff. de Legibus, ibi; « De quibus causis scriptis Legibus non utimur, id custodire oportet, quod moribus, et consuetudine introductum est... Quid enim interest suffragiis populus suam voluntatem declaret, an rebus et factis?... Inveterata consuetudo pro Lege non immerito custoditur; et hoc est Jus, quod dicitur moribus constitutum. » Et in l. sequent. « Diuturna consuetudo pro Jure, et Lege in his, quæ non ex scripto descendunt, observari solet. » Et in l. 35. ff. eodem: « Sed ea, quæ longa consuetudine approbata sunt, et per annos plurimos observata, veluti tacita civium conventio, non minus quam ea quæ scripta sunt Jura, servantur. »

(5. Consuetudo generatim capta dividitur tripliciter, scilicet in consuetudinem præter Legem, secundum Legem, et contra Legem. (6. Consuetudo, præter Legem (quæ et *Juris Constitutiva* dicitur), est illa, quæ reperitur in casibus illis, qui a Jure communi non

— 35. Per Legem universalem, seu Clausulam generalem abrogativam consuetudinis v. g. non obstante quacumque consuetudine, aut hujusmodi, non abrogatur consuetudo immemorabilis, nisi de ea fiat specialis mentio. — 36. Consuetudo, in quo principaliter differat a præscriptione. — 37, ad 47. An ad inducendam Consuetudinem in statu monarchico opus sit scientia et patientia Principis. — 48. Consuetudo quæ est contraria bonis moribus. — 49, ad 63. De varia vi et auctoritate Consuetudinis. — 64. Casus qui occurrere possunt circa Consuetudinem. — 65 ad 72. Qualia concurrere debeant ut Consuetudo vim legis obtineat. — 75. Cur contra Canones valeat Consuetudo non autem Lex Inferioris. — 74. Consuetudo Canonica et Civilis. — 75. Consuetudo generalissima, generalis, specialis, specialissima. — 76. Consuetudo judicialis et extrajudicialis quæ? — 77. Consuetudo per quam rumpitur nervum Discipline Ecclesiasticæ non valet. — 78. Consuetudo per quam impeditur correctio morum non valet. — 79. Consuetudo adversus libertatem et immunitatem Ecclesiasticam non valet.

sunt decisi, et huic solum convenit definitio tradita ab Isidoro supra num. 3. cum hæc sola habeat pro suo esse constituere Jus novum, ubi Lex deficit, seu nulla Lex posita fuit; et talis consuetudo quamvis non scripta obligat æque in conscientia ac in foro externo, sicuti obligat Lex scripta; l. *De quibus* 32. ff. 2. de Legibus, ubi cum Jurisconsultus dixisset inveteratam consuetudinem pro Lege non immerito custodiri, hanc rationem reddit: « Nam cum ipsæ Leges nos teneant, quia iudicio populi receptæ sunt, etiam ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, omnes tenebunt. » Et § *Ex non scripto*, Institut. de Jur. nat. gent. et civil. sic habetur: « Ex non scripto, Jus venit, quod usus approbavit; nam diuturni mores consensu utentium comprobati Jus efficiunt; » Quia enim ut ait S. Thomas 1. 2. q. 97. art. 3. « per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus, et rationis conceptus efficacissime declaratur, hinc quando aliquid multoties fit videtur ex deliberato rationis iudicio provenire, et sic consuetudo re ipsa fit Lex communitatis approbantis actus repetitos populi, et inde imponentis obligationem ad actus ejusmodi postea ponendos. » Et ad hoc faciunt omnia alia Jura adducta supra num. 4. (7. Ad hoc autem ut hæc consuetudo obliget, requiritur quod sit introducta a toto populo, aut majori, et saniori ejus parte cum animo saltem interpretativo se obligandi, seu introducendi consuetudinem obligatoriam, videlicet, faciendi novam Legem, seu Jus non scriptum; Glossa in cap. *Cum tanto* 11. de consuetudine, verb. *Legitime sit præscripta* et ibi Abbas num. 17. Pirhing num. 28. Suarez lib. 7. de Legibus c. 14. num. 5. et 6. et alii. Et ratio est quia actus agentium non operantur ultra intentionem eorum; l. *Non omnis* 19. de rebus cred. cap. *Cum olim* 38. de præbend. (8. Hinc Consuetudines, quæ ex devotione populi proficiuntur, non obligant, nec vim Legis habent, ut ex communi Doctorum sunt consuetudines salutandi Deiparam dato signo certis horis, audiendi missam diebus non